UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Sacrilegivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Visual Library

*punct.9.fol.*205.*ca. non obſervetis*, 26. *quæſt.*7.*Can.illud.*26.*qu.*2.Sim. *de Cath. inſtit.tit.*63.*num.*19.*& infrà*, Penga *com.* 67.*in* 2.*p.Direct.Inquiſit.ſuper quæſt.*42. *litera* C.Navar.*de hor. Can.ca.*6.*à n.* 46. ubi damnat quaſdam orationes, quæ vulgo dicuntur ſuper infirmos: ſimiliter non debent portare appenſa ad collum brevia, & verba Evangelii ſcripta, vide homil.Henrici *ſuper c.*23.*Matth.in feria* 3.*poſt Reminiſcere*, Mal.malef.323. *& ſequen.* Catecheſ.Neap.*fol.*130. ubi animadvertere ſtudeant locorum Ordinarii, quia vulgo hæc circumferuntur, & ſuperſtitioſè ſatis, vide Flagellum dæmonum *cap.*11.& D.Thom.2.2.*q.* 96. Bartho. Sibyl.*Spec.pereg.*9.*qu.* 9.*ca.*9.3. *declarat.*

Secundò, quomodo maleficium non ſit malefic o expellendum, ſed bene uti arte malefici ad deſtruendum maleficium, non tamen ſuperſtitioſè, id eſt, inducere maleficum ad inveniendum ligaturas, vel aliud quid ſimile, quibus aliquis fuiſſet ligatus, vel veneficatus, & quod hoc non ſit faciendum carminibus magicis, vide Caſt.*l.*1.*ca.*15. *de juſta hæret.punit.* Grilland.*de malef.fol.* 15. *& lib.*2.*quæſt.*18. Sylveſt.*lib.*2.*c.*10.*de ſtrig.* Nava.*cap.*2.*nu.*29.Cajet.*in ver. maleficium*, Mal.malef.2.*p.qu.*2.*fol.*285. quicquid dicat Ang.*in ver.ſuperſtitio*, §. 13. quia in hoc non bene ſentit, vide fuſt. dæmonum, *ca.*5.*pro maleficio deſtruendo.*

Tertio, ſolent in quibuſdam partibus maris (& in facto accidit Surrenti) apparere quædam monſtra marina, quæ vulgo vocantur Feruni, habent ungues, & lacerant retia, & impediunt piſcatores, an poſſint excommunicari, abjurari, maledici, & execrari? Reſpondetur, quod non, ſed orationibus, jejuniis, & eleemoſynis ſunt expellendi, Nav. *conſ.* 57.*de ſenten.excom.* & ego habui hunc caſum in facto, cum eſſem Vicarius Surrenti, & aſſociatus à multis presbyteris, perrexi ad quendam ſcopulum, qui vulgo vocatur, *lo Vervece de Maſſa.* & ibi recitatis multis orationibus, cum aqua benedicta, & incenſo, impetravimus à Deo benedicto gratiam, & amplius non comparuere, & hoc circa annum 1583.

SACRILEGIUM.

PRimò, ſacrilegii pœna, & quæ major, & minor: vide Boer. *deciſ.* 254. *per totum*, ubi pulchra habes pro practica judiciaria, & Diaz *in pract. crim.c.* 81.*&* 76.*&* 78.Rebuff.*pract. benef. in reg.de diſpenſat.in grad.prohib.n.*19.

Secundò, quot modis committatur ſacrilegium, pro practica vide Afflict. *in conſt.multa leges, à num.*2. ubi etiam habes quod ſit mixti fori, ſicut adulterium, inceſtum, & ſi quis fuit punitus pro ſacrilegio à judice eccleſiaſtico, poteſt etiam puniri à judice laico.

Tertiò, ſacrilegium committitur circa perſonam ſacram, loca ſacra, & rem ſacram, & res, ut primò Sacramenta vel ſacramentalia: ſecundò, vaſa ſacra; tertiò, veſtes ſacræ: quartò, bona mobilia, vel ſtabilia in victum perſonarum Eccleſiaſticarum. D. Thom.2.2.*q.* 99. *art.*3.*in corp.*Sylv.*ver.ſacrilegium*, §.2.*& in ver. excommunicatio*, 7. *numero* 16.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excomm. 8. §. 2. num. 17. Cajet. 2.2. loc. cit. Nav. in Manual. c. 17. n. 95. Diaz in pract. cri. Can. c. 81.

SIGILLUM.

PRimo, ſigilum confeſſionis Sacerdos Confeſſarius frangens, quas pœnas incurrat, vide c. Sacerdos, de pœnit. diſt. 6. & c. omnis, de pœn. & remiſſ. Sylv. in ver. Confeſſio, 3. nu. 4. §. 8. & quando intelligatur fractum ſigillum Confeſſionis, vide Navar. cap. 8. per totum, & Soto 4. Sent. diſt. 18. q. 4. art. 5. & 6. & in tractatu de rat. tegen. & deteg. ſecret. mem. 3. q. 9. Aſtenſ. lib. 5. tit. 20. Diaz pract. crim. Can. c. 102.

Secundò, ſigilli alterius quanta ſit auctoritas, & credulitas, vide Inn. in c. 2. de fide inſtrum. & an probet procurationem, vide Abb. in c. 2. n. 3. de ſolutio.

SOCIETAS.

DE hac materia, cùm ſit copioſiſſima, ſufficit citare Doctores, in quibus poterit quiſque cùm caſus acciderit, videre.

Primò, quando ſocietas ſit uſuraria, vide Nav. c. 17. n. 251. & infrà, Sot. lib. 6. q. 6. art. 1. & 2. de iuſt. & iure. Maran. in tit. an iudicium ſit univerſ. vel partic.

Secundò, quæ conditiones requirantur in ſocietate, ad hoc ut ſit licita, vide Syl. in ver. ſocietas, 3. §. 9. ver. 5. Nav. ibidem, n. 161. D. Ant. 2. par. tit. 1. c. 17. §. 43.

Tertiò, quæ conditiones requirantur in ſocietate circa mercaturas, vide Syl. in ver. ſocieas. 1. §. 1. ver. ſed ad inſtiiam, Aſtenſ. lib. 3. tit. 12. art. 5.

Quartò, quæ conditiones requirantur circa ſoccida, & animalia, ſive groſſa, ſive minuta, ſive appretiata, ſive non; vide Afflict. deciſ. 58. Abb. in c. in civitate, de uſur. Commu. de contract. tract. 5. quæſt. 89.

Quintò, quando teneatur ſocius, vel conductor de dolo, & lata culpa, vide Io. Lopez in c. per veſtras. de donat. inter vir. & uxo. not. 6. §. 2. & 12. & 89. Caſſan. de conſuet. Burg. Rub. 4. §. 23. Tab. in ver. uſur. 3.

Sextò, quoniam in his ſocietatibus intervenit aſſecuratio, vel ex parte dantis, vel recipientis, & ſic poſſet plus, minùſve accipi, ſi ſimpliciter fierent, vide Covar. li. 3. c. 7. nu. 7. ver. quod idem diximus, variar. reſol. Sel. in ver. ſocietas, 3. 7. ver. 7. Navar. num. 260. & 229. & Soto lib. 6. quæſt. 13. art. 1. concluſ. 3. nolui transcribere caſus particulares, cùm ſint propemodum infiniti, & varii, qui poterunt videri in Doct. cit. nam intentio mea eſt, ſolùm tangere magis practicabilia, & non tranſcribere dicta aliorum.

Septimò, pro his, & aliis hujus generis vide Bullam ſanctiſſimi Papæ Sixti V. quam de abuſibus & fraudibus hujus contractus tollendis edidit anno... die... Pontif. ſui anno...

Octavò, paucioribus concludi poteſt hæc materia, quod ſervatis duobus ſuper contractus erit tutius. Primò, quod capitale non ſtet in toto, vel in parte periculo recipientis, quoad caſum fortuitum, niſi interveniat contractus aſſecurationis. Secundò, quod neutra pars gravetur notabiliter pluſquam altera ar-

arbitrio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN